



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Caput 11. Afflictatio corporis & abstinentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

accerferet, idq; notaret Iacobus, in metu fuit, ne in aulam inuitaretur, ideo clam subduxit è templo se, ne simili velitatione votum factum periclitaretur. Constat enim Ser^{mum} Principem Electorem de eo Decano Bonnæ constituendo nonnunquam agitasse consilia, vt locum Archiepiscopalis residentia, virtutum suarum splendore collustraret, & vt nihil hic etiam simile fuisset formidandum in votis integrè seruandis, ipse tuta etiam metuebat.

C A P V T XI.

Afflictatio corporis & abstinentia.

VT animam sortitus erat bonam, ita *Corpus* corpus debilius & ob indefessos stu. *imbecillit* diorum labores & voluntarias castigaciones variorum morborum cruciatib. fractum & extenuatum, quamuis bene semper erat animo, quoties egrè corpori; hoc domabat cilicijs, quæ duas trèsvè hebdo- *domat ci-* madas, & vt quidam ait, totam Quadrage- *licijs.* simam gestabat; adeoq; extremo quadragenarij ieiunij tempore secundo morbidie coactus est exuere, cum aliàs ne nocturno quidem tempore deponeret.

Ver-

Verberib. Verberabat se nodosis funiculis sæpius,
quotidia- ieiunijs imo quotidianâ ferè se cruciabat
nâ inediâ inediâ: nam cùm Drexelij libellum de
 abstinentia voluisset, pluribus annis
 cœnare tantum voluit, meridie modico
 contentus iusculo. Vt regeret hanc tem-
 perantiam, valetudinis & studiorum ob-
 tendebat curam: nam quod vsu venit
 S. Carolo Borromæo, vt ieiunio diutur-
 niore corporis humores consumerentur,
 conducere dicebat naturæ suæ catarrhis
 obnoxia, cibiq; digestionem, quæ post
 meridiem corrumpit trium horarum in-
 tensum studium, commodiùs in noctur-
Cum la- nam quietem reijci. Sed cùm ventriculus
sione va- exinde nimium debilitaretur, vt ægrè ci-
letudinis. bos conficeret, caput verò repletur hu-
 moribus, membra catarrhis affligeren-
 tur, tussi vox exasperaretur, non ante ta-
 men à SS. Bernardi & Caroli abstinentia
 sequenda deduci potuit, quàm à Confes-
 sario monitus (proposito S. Bernardi
 exemplo suum eadem in re cum valetu-
 dinis iactura nimium culpantis impetum
 & ardorem) correxit diætam, prandendi
 resumpsit morem, nocturnas contraxit
 vigilias, tunc enim stomachi redire vires,
 ex-

excitari ciborum appetentia, remittere tussis: nec tamen alias afflicti sui prætermisit rationes, quas ad consilium arbitri conscientia temperavit.

C A P V T XII.

Quotidiana piè viuendi ratio.

A Sceticis S. Ignatij commentationibus subinde feruorem spiritûs languentem excitabat, inde mentem persepe sacris meditationibus pascebat, è quibus fructum semper aliquem & pia colligebat proposita diurnas actiones quàm perfectissimè obeundi, Thomam Sanchez imitatus, cuius in vita moralibus eius operibus præfixa similia legerat documenta. Excerptam ea, quæ sibi quotidie præscripserat diligenter obseruanda.

Proposita & Regula quotidiæ.

[1. Nullum diem sine lectione sacra, *Lectio libri p. j.* id est, Scripturæ aut alterius libri spiritua-
lis, maximè Thomæ de Kempis, prætermittam; sed temporis aliquantulum, idq; commodissimum huic officio, deputabo.

2. Tem-